

MS
623


Comitib
Roberti.

1300

Wapston







8

Contiene este nuestro Libro de Constitucio
nes, quatroenta, y seis foljas de Pergaminos.
Salamanca. Junio 2 de 1779.

Don
Juan
de
Arce
M
r


Ms
623

N.º 1.º

Estado 1.º

de los Angeles.







Constituciones y Ceremonias del Colegio de S^{ta} Maria
de las Anselas que fundó el y.º 1601.

Concl.

[Faint, illegible handwriting, possibly bleed-through from the reverse side of the page.]

D^o & Alonso Gonz^o J.orio
L^a






Constituciones, y Ceremonias del
Consejo de su Magestad
Ferdinand el II.º y Señora Doña
Isabel de Arze y Febeda Arce
Milan mi Señor

Jo. Siseus

[Faint, mostly illegible handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.]





D

de Tablares Sanctæ
Rectori collegis fami
licæ Angelorum

PLAVLVS A

dedit Christus Timot
non esse positam eam
gitime vtatur diuino
si mutuo inter se pug
de spiritu et littera in
per solet) Augustinu
in iusto aliter vero J
at legitime vti lege
quodam (vt verbo. A



PETRVS

archidiaconus
gij sanctæ Ma

rem gentibus

s legem Justo

siquis illa le

it. que duo qua

in eo libro qui

uidem (vt sem

enī lex data est

vt justus fi

s q̄ pedagogo

tur ad gratiā

per quam solam quod lex precipit possit implere. pres

tat enim deus gratiam non quia legem impleuimus



DOCTOR PETRVS

de Tablares Sanctæ Ecclesiæ Abulen. Archidiaconus
Rectori collegis familiaribus ac sotijs collegij sanctæ Ma-
rice Angelorum. *S. P. D.*

SPAVLVS Apostolus quem doctorem gentibus
dedit Christus Timotheo discipulo scribens legem Justo
non esse positam eam tamen optimam esse siquis illa le-
gitime vtatur diuino quodam spiritu docuit. que duo qua-
si mutuo inter se pugnancia et contraria in eo libro qui
de spiritu et littera inscribitur altissime quidem (vt sem-
per solet) Augustinus composuit aliter eni lex data est
injusto aliter vero Justo injustus enim vt justus fi-
at legitime vti lege debet qua non secus q̄ pedagogo
quodam (vt verbo Apostoli vtar) perducatur ad gratia
per quam solam quod lex precipit possit implere. pres-
tat enim deus gratiam non quia legem impleuimus

sed vt legem implere possimus. Quę cum ita se habeant
constat virum injustum legitime vti lege sibi imposita
ad sui Justiciam qui vbi Justus est factus neq; illa vtitur
amplius quasi vehiculo quia iam quo tendebat peruenit
neq; tanquam pedagogo quippe qui iam sit eruditus et doctus
Quę omnia licet vera sint Justo tamen adhuc non solū
utilis sed necessaria lex est non quidem qua injustus cum
sit perducatur ad gratiam sed qua Justus iam factus le-
gitime vtatur ex quibus fit consequens vt Justus lege
bona legitime vtatur licet illi lata non sit ex qua minime
est Justificatus. Hęc quidem Paulus et Augustinus cum
Paulo de lege Christi que nr̄is vsibus acomodando tamen
si illud intersit inter virum bonū et malū quod ille solo vir-
tutis amore allēctus et honestatis studio adductus declinat
a malo, vitia fugit et odio prosequitur peccata hic vero so-
la pœne formidine ac supplicij metu omni tamen reipub.
bene constitutę et quibuscūq; hominib; in comune viuenti-
bus expedit fieri leges que iubeant illa que facienda sunt
prohibeantq; contraria. vt his veluti repugulis et carcerib;
inclusi omnes in officio virtutis et honestatis contineantur.

Qua

2
qua propter quod sepe a me post erectionem collegij impo-
tunis precibus eflagitastis vt iuxta facultatem mihi data
a Dño meo magistro Hieronimo de arce preclare memoria
viro et auunculo mihi charissimo quam hactenus pretermi-
ssam nunc libenter arripio vt meo arbitrato facerem san-
ciem et ferem leges prescriberem q̄ constitutiones quas cū
q̄ optimo regimini et gubernationi collegij ab eo instituti
et erecti expedire cognouissem. aut nouas ferendo aut anti-
quas abrogando aut ab eo datas pro diuersitate temporū
immutatas corrigendo. Ecce nunc eadem licentia et auto-
ritate fungentes nec non apostolica quę in literis plenius
continetur statuimus et ordinamus et ferimus leges cons-
titutiones et ordinationes inferius scriptas pro optima ad-
ministratione et regimine Collegij titulo et inuocatione
sanctę marie angelorum in celebri salmanticensi aca-
demia quas omnes per Rectorem predicti collegij necnō
collegas socios et officiales stricte precipimus obseruari
sub penis eisdem legibus et constitutionibus prescriptis
nec non per quoscumq̄ alios ad quos predictę leges et
constitutiones presentī tempore spectant aut in futu-

ro expectare poterunt reſeruato tamen nobis Jure adden-
di minuendi immutandi et corrigendi prout magis in fu-
turum expedire conſtiterit Que quidem leges et conſtitu-
tiones prout predicta autoritate fuerunt edita ſtabilitate
et ordinata. ſequenti tenore continentur Prius tamēne
cuiquam de autoritate noſtra ac de fundatoris voluntate
liceat in poſterū dubitare clauſulā teſtamenti ipſius qua
nobis huiusmodi munus tradendi leges huiusmodi et cōs-
titutiones committit hic in fonte apponendam curauimus.

*clauſula
Anagni.*

Nec non in conſtitutionib; de ſuper forſam factis et fiendis
per ipſum Dominū Hieronimum, ſi ſuperuixerit, alias fieri
debeant ad ordinationem prouidentiam et regimen dicti colle-
gij et collegialium in ibi pro tempore existentium per nobilem
D. Petrum de tablares dicti D. Hieronimi nepotem & ma-
giſtrum Petrū de ſpina canonice eccleſie Abulenſis.





CONSTITUTIONES OB


seruanda ab his qui in collegiū

Sanctæ Mariæ Angelorum

admissi sunt vel pro

tempore recipi

entur.



Constitutio prima

DE numero collegialium et seruatorum

collegij .

Statuimus imprimis et ordinam, vt in dicto collegio
comorentur collegiales octo ex quibus vnus sit capellanus
presbiter theologus promissis celebrandis sine vlla voce
tam actiua quam passiuā ex reliquis vero duo sint theolo
gie professores vel qui saltim vnum annum in eius stu
dio absoluerint ceteri Iuri Pontificio aut regali prout ma
luerint operam nauent preter quos erunt familiares duo



¶

alij duo vnus coqus et alter famulus ad seruicia domes-
tica deputati. neq; in y^s prebendis ita statutis & ordinatis
possit fieri aliqua transmutatio aut variatio ita vt suris vti
usq; prebenda fiat theologie aut e contra -

Ex qua natione futuri sunt collegiales. const. 2.

Predicti college vel plures (si posthac erunt) omnes sint
natione hispanybatoyt^s scientia q; et ingenio perspicui ita tñ
vt ex qualibet diocesi tantum possit eligi vnus nisi deco
sensu totius claustrⁱ et capelle omnib; aut; consentientibus
possint eligi ex vna diocessi duo et non plures Hos vero
inter se nulla consanguinitate neq; affinitate intra quartū
graduū coniunctos esse decernimus -

Qui recipiendi sunt in collegio. Const. 3

Sed cum in scolarib; admitendis potissimū habenda sit
ratio paupertatis volumus & ordinamus ne quis ad dictū
collegium recipiatur qui ex beneficij ecclesiastici seu patri-
monij aut vtriusq; redditibus vltra centū aureos ducatus
percipiat annuatim neminem preterea admitti volumus
cuius parentes ex qualibet re prouentus habeant annuos
supra quingentos ducatos ex bonis liberis nulloq; vinculo

ads

adstrictis quod si quis ad collegium admissus contra hanc cōs-
 titutionem fecisse deprehendatur vel renunciatis fructibus do-
 minium maioris possessionis sibi reseruauerit preter quam
 quod in foro conscientie ad restitutionem omnium que ab ipso
 collegio perceperit teneri volumus cū primum de fraude cons-
 tituit per rectorē, & reliquos collegiales a nostra domo ex-
 pelli precipimus . . .

**Ne quis morbo cōtagioso laborans admitatur
 & de informationibus faciendis. Const. +**

4

Nunquam in nostrum collegium admitatur contagioso
 morbo laborans vel cuius genus hebreorum aut saracenorum
 siue aliorum infidelium labe quomodolibet sit infectum sed
 neque illi quorum maiores vel propinqui per inquisitores fidei dā-
 nati fuerint vel maculam contraxerint ob regiam proditio-
 nem aut infamiam publicā ad quod explorandum ante quā
 nouus collegialis in collegium admitatur postquam electus
 est vnus ex collegialibus assignetur qui expensis eiusdem quas
 rector & consiliarius iustas senserint proficiscatur in eius pa-
 triam per quod instrum^{tu} publicum & testes fideles ex interro-
 gatorio sibi assignato cognoscat si aliquo impedimento ex-

supra

dictis teneatur quod se fideliter secreto absq; vlllo dolo
facturum ante profectiōē iuramentū prestabit; Informa
tiones vero familiarium satis est vt fiant ab ipsis in loco
sue originis adducantur q; per publicū tabelionē obsignate.

Ne quis Salmantinus admitatur const. 5.

Ad euitanda etiam scandala & inēmoda quae inde ori
ci solent vt docet experientia statuimus & ordinamus ne
vllus in dictū collegium admitatur ortus Salmantiae aut
in loco ei vicino intra quatuor leucas quaquaversum in
de distante vel cuius parentes in dicta ciuitate seu loco
tunc temporis cōmorentur aut domicilium habeant

De etate collegialiū et familiarium. const. 6.

Item quia rebus serijs maturitas etatis est requiren
da statuimus et ordinamus ne scholaris qui non comple
uerit decimū nonū annū familiaris vero decimū octauū
in nostro collegio possit admitti

**Quod nō admitatur denuo qui semel fuit colle
gialis & de coniugatis. const. 7.**

Item decernimus et expresse prohibemus ne qui se
mel collegialis extitit iterū ad collegium recipiatur ad

mitterendus autem nullo modo possit esse coniugatus
nec desponsatus per verba de presenti siue de fu-
turo et si fuerit admissus licet occultum sit ei
impedimentum ipso iure priuatum censem prebe-
da collegij et ad restitutionem omnium expen-
sarum quas fecerit teneri volumus.

**Quibus artibus predictos esse debeant
collegiales et quod graduatus non
recipiatur const. 8.**

Statuimus preterea ne quis recipiatur in nro
collegio postquam sua studia absoluerit licet
in aliqua facultate habeat vllum gradum ad-
mitendi autem saltem confecisse debent vnum
annu siue Theologie siue iure canonico vel ciui-
li operam nauare decreuerint volumus tamen
quod gradus in vna facultate receptus non
impediat neq; obstet professori de iure aliam facul-
tatem facultatem.

De vacatura prebende. const. 9.



+ **Q**uoties vacauerit aliqua prebenda nostri colle-
gij Statuimus vt Rector ante quatuor dies elap-
sos edictum affigat valuis vniuersitatis. Ele-
ctio autem fieri debet duobus tantum transactis
mensibus a preuende vacatu convocatis prius-
omnibus collegialibus absentibus qui simul-
tum distauerunt detur eis tempus vt comode
redire possint dummodo absint negotia do-
mus curaturi, ita tamen, vt illa electio que
facta sit, absque consensu pleno, omnium
collegialium iuta sit et nulla absentium autem
vota et specialium ex presentibus commissa iuta esse
decernimus nec non eius qui alteri suam opem
aut opem votum promiserit siue ab alio quomo-
dolibet procurauerit. Quando vero familiarum
vacauerit denuncietur, intra sex dies et post trigin-
ta fiat electio. Post electionem factam collegiales
ad informationem procedant in forma qui dictum est
constitut^o q. et impedimentum non, oriatur in collegium
eum admitant

admittant

**Quod nullus alicuius favore ad collegium
admitatur const. 10.**

Statuimus insuper neminē scolarium gratia vel cuius
piani intercessione in collegium admitti sed habitatū
ratione ad Deum qui non est acceptator personarum
eadēq; defamiliarib; cura adhibenda est qui vero aliter
fecerit ipso facto redatur incapax collegij pro illa vice
qua nixus est prebendam impetrare

Quomodo sit electio facienda. const. 11..

Item volumus & ordinamus vt omnes collegiales fac
turi aliquam electionē in primis post assignatam lectio
nē a die precedenti audiant vna ora disputantem quem
libet eorum qui admitti cupiunt in collegium de ea profe
sione in qua se exercuit mox celebrata missa spiritus
sancti Juramentum religiose prestetur se neminem
nisi bonis morib; peditū et ad studia aptum electu
ros ac deniq; eum quem inter ceteros vita moribus in
genio & litera digniorem iudicauerint Suffragia de
inde sua quisq; sua quisq; in scriptis secreto tradet
Quibus finis ille cui maior pars suffragiorum ad

he serit sit collegialis si uero paria sint is compos eua
det qui rectori cū vno consiliario vel duobꝫ consi
liarijs absqꝫ rectore magis placuerit sin autem duo con
siliarij neqꝫ inter se nec cū Rectore consentiant suffragiū
solius rectoris ceteris ante ponendum censemus. Volu
mus autem vt in pūma electione cetis paribꝫ preferan
tur semper consanguinei fundatoris deinde quotquot
nati sunt in opidis quozꝫ beneficia collegio nostro sunt
vnita & collegiales collegij orphanorum =

De iuram^{to}. prestando a collegialibꝫ const. 12.

Admisus iam in nostro colegio Iuramentū coram omni
bus prestabit de obedientia sui rectoris in omnibus
licitis & honestis nec non honorem cōmoda libertatem
et pꝛeeminentias collegij dum vita supererit pro vrbꝫ
securaturū & defensurū quod quidem Iuramentū in li
bro communi ad eam rem assignato cū subscriptione du
orū collegialium inscribatur et ad perpetuam rei memo
riam in arca collegij reponatur

**De tempore quo collegiales sint in collegio
cōmoraturū. const. 13.**

Item mandamus vt collegiales predicti ab initio sui

ingresus per octo annos continuos in hoc nostro collegio commorentur familiaris vero per quatuor annos quem nulla ratione volumus iterum eligi in familiare nisi de cōsensu totius collegij

Quomodo absentia causa collegij debeat computari. const. 14.

Si quis pro negotijs collegij expediendis ac de licentia rectoris in scriptis habita et de maioris partis claustrij cōsensu absens fuerit totum id tempus extra octo predictos años volumus computari quibus elapsis rector et reliq collegiales teneantur alium vel alios in eodem loco subscribere modo supradicto ~

Quod si quis ultimo exitus sui anno electus fuerit in Rectore officium exerceat. const. 15.

Exceptis collegialibus nullus alius neq; fauoris gratia neq; hospitij ratione in nostro collegio vel ad vnam noctem admitti precipimus) verum si acciderit collegiale post suum post suum agresum in rectorem assumi nihilominus in eodem officio perseueret vsq; ad nouam electionem faciendam. prout inferius declarauimus quo finito poterit et alio mense intra collegas remanere.



& eundem habitum cū eis gestare & rationem reddat
muneris ante acti.

De forma electionis Rectoris & consilia riouum . const. 16.

Item volumus et mandamus in die s^{ti} Lucae evan
gelistae quolibet anno vnum eligi rectorem et duos
consiliarios ad quod omnes collegiales teneantur con
uenire qui vero absens fuerit nisi de mandato ipsius
collegij vel graui infirmitate detentus aut captura sine
culpa eo anno veste et insignijs collegij careat / electi
o autē sic fiet audita primo missa spiritus sancti super
euangelia prestabunt omnes Iuramentum se electuros
quos magis idoneos cognouerint regimini et honori co
llegij omni gratia et malevolentia posthabitis tres deinceps
qui saltē vnū annum in collegio confecerint in scripto
tradet equibus omnibus tres solum habentes plura
suffragia in vnā mitantur et cui prima pars contin
gent Rector esto duo vero reliqui consiliarij volu
mus autē vt duobus solū existentibus in collegio qui
annum in eo confecerint hi duo tm inter se sortiantur
quis futurus sit Rector si vero vnus tantū sit et

8

per integrū annū cōmoratus fuerit in collegio hunc Recto-
rem facimus ex reliquis vero duo consiliarij sortibꝫ eligen-
tur

Quod vnus eligatur preceptor nouorꝫ collegialiū .17.

Inter collegiales vnus sit is qꝫ moribꝫ et doctrina grauis
qui recenter admissos vt magister instituat ac doceat
nostrasqꝫ has constitutiones obseruari diligenter curet

**Demodo adhibendo si rector quid injuste
mādaueit. const. 18.**

Quoniam de obedientia que rectori obseruanda est in su-
perioribus egimus si quid rector indigne aliquid contra
quempiam cōmiserit id ad consiliarios deferatur quorꝫ mu-
nus erit si viderūt Rectorem injuste processe ipsum ad-
monere vt mandatū reuoget. Quod si ambo consiliarij cō-
cordes non fuerint qui anno preterito rector extitit con-
sulatur quorꝫ sententia et iudicio quid sit agendum de-
cernatur.

Quid iuraturi sunt Rector et consiliarij const. 19.

Vt primū Rectoris et consiliarioꝫ est facta electio ij-
tres coram reliquis super euangelia iuramentum prestent
se quam optime poterunt omnia iura et cōmoda ad iꝫ sū-

colegium pertinentia iuxta nostras constitutiones ser-
uatuos maxima q̄ cū diligentia que ad collegium spec-
tent vel eius gubernationem curatuos quorum juram^{um}.
in libro collegij subscribatur Jurabit itē Rector sen-
dis cesurū a collegio finito tempore sui officij donec in-
tegram rationem reddat omnium honorū quæ sub illius cu-
ra et administratione credebantur .

De cōueniendis collegialibus corā rectore, cōst. 20.

Nullus collegialium audeat alteri convenire nisi co-
ram rectore a quo non liceat apelare preter quam ad
ipsos consiliarios quibus mandamus sub pena pres-
titi juramenti vt habita verbo tātū casus relatio.
sine scriptis absq; vlla malitia aut dilatione senten-
tiam ferant qui vero secus fecerit et penam peria-
tis incurat et ipso facto a collegio priuatus existat

Quod absens possit in Rectorem vel con- siliarium eligi. const. 21.

Si quis absens fuerit venia rectoris et collegij
bene poterit eligi siue in rectorē siue in consiliariū
quo facto statim per literas moneatur de electione
facta vt redire possit ad suum munus exercendiū

Quod si intra unum mensem non remeauerit
alter in eius loco presignetur.

Depena Rectoris delinquentis. const. 22

Siquid Rector grauiter deliquerit vel in suo munere minus recte segeserit quilibet collegialium id consiliarijs manifestare teneatur qui si rem dignam correctione iudicabunt eundem ad moneant sin autem semel atq; iterum eos non audierit ad omnes collegiales id deferant quod si eorum maior pars expedire cognouerit predictus rector ab antiquiore collegialium denuo premoneatur: quod si facere noluerit ab officio summoueatur & eisdem consiliarijs permanentibus nouus rector supra dicto electionis ordine creari poterit.

Quod futuro rectori dentur a predecessore omnia bona collegij per inventarium. const. 23.

Rector una cum consiliarijs infra octo dies a sua creatione omnia bona collegij que iam in libro scripta erunt per inventarium recipiat a Rectore precedenti idq; subscriptum et approbatum a recentibus consiliarijs et Rectore in arca collegij perpetuo seruabitur ratione deinceps omnium ex

sarum infra alios primo sequentes duodecim antiquo
Rector nouo Rectori et consiliarijs nuper electis re-
dere teneatur si secus fecerit et premonitus renuerit p
mensum integrum amensam collegij ceteri collegiales
sub pena prestiti Juramenti sumoueant

**Quod inuentarium penes Rectorem
maneat. const. 24.**

Habeat Rector apud se inuentariu reij vtensilium
quaru vsus est necessarius ad coquina Refectorium
vel cellariam vt ex illo perse velpalium collegialem
quolibet mense cognoscat que deficiant aut vsu con-
sumantur idq teneatur facere sub pena solutionis eo-
rum que ipsius incuria perire contigerit ~.

**Quod rector rationem expensaru accepturus
sit. constit. 25.**

Rector vel vnus consiliarius illo impedito in fine
cuiuslibet septimane rationem exiget omnium ex-
pensarum totius collegij. elapso aut mense rector
simul cu consiliarijs eandem accipient nec non per
receptorem cognoscent quid a debitoribz sit solutu
idq in arca collegij reponant tibi clauibus obs-
crata quaz vnam habebit ipse Rector ceteras vero

consiliarij solutionum tamen quas dicunt inscri-
ptiones tunc simul debitoribus prestabunt si aut per
dispensatorem receptorem uel steterit aut per quem
libet aliorum quominus haec nostra constitutio implea-
tur portione totius septimanę sit priuatus.

De pena rectoris non reddentis ratum expensarum const. 26.

Receptor non obstante constitutione precedenti te-
neatur intra diem naturalem Rectori & consiliaris
eandem pecuniam reddere in ipso met pondere
et mensura sicuti a debitoribus acceperit si se-
faciat prima vice trium dierum portione priuetur
si uero post dies duos iterum atque iterum promo-
nitus obedire neglexerit primū carcere & vinculis
constingatur usque ad integram debitorum solutio-
nem de inde eiciatur a collegio eadem ratio erit de
reliquis officialibus collegij in creatione noua rec-
toris si quam pecuniam ei debuerint ~.

De portionibus dandis. const. 27.

Quod ad victum atinet statuimus ut singu-
lis collegialibus quotidie ministretur una libra
cum dimidia carnis arietinis familiarium uero libra
tantum: dentur nec non et eis decem marapetini

ad.

reliqua factum vel oleum comparanda. vini
preterea quarta pars mensurę communis (que dicitur
acumbre) lucerna item seuacea quarum quinque libra
complent in diebus autem quibus esus carnis inter
dicitur ~~est~~ portio unius argentei numi et ea que
ceteris diebus ministranda concessimus in diebus in
super primo et secundo natiuitatis Resurrectionis
et penthecostes nec non in festo circuncisionis. S^{ti} Mi
chaelis mensis may et septembris S^{ti} Joannis bap
tiste S^{torum} ap^{torum} petri et pauli S^{ti} Jacobi ascensionis
et corporis xpi in anuntiatione preterea natiuitate
et assumptione B.V.M. et die s. lucę cum ultimo car
nis prius pro extraordinaria portione integrum
argenteum numum assignamus ad arbitrium Rec
toris insumendum familiares autem dimidiam par
tem recipiant que omnia pro presentibus statui
mus absentibus enim licet delicta rectoris
sint nullam portionem donari concedimus.

**Quid collegibus conferendum sit pro habitu emen
do & quo modo. constituit 28.**

Singulis quoque annis paupertatem Collegialium conside
rantes statuimus & ordinamus in die Sancti Lucae Eua

geliste ille & omnes qui per annum & in illa die in Collegio sint (non vero absentes licet delicta Rectoris & Collegij preterquam in negotijs ad ipsius Collegium pertinentibus occupati) recipiant pro Collegij habitu emendo sex aureos numos vel post duos annos si magis placuerit, eis integer habitus & insignia, nostri Collegij expensis conferantur.

Qualiter Collegiales absque ordinario ornatu extra Collegium exire debeant. const. 29.

Absq; dicta veste talari et becca nulli extra collegium exire liceat nisi facturo viam longius duarum leucarum quod fieri debet ex licentia Rectoris aperiens simul locum ad quem sit iturus profecturus autem nemo viam incipiat serius quam duabus oris ante solis occasum idq; via recta non huc illucq; diuertens eadem q; die non poterit qui exiit post meridiem ad collegium remeare neq; intra duas leucas amula descendere. nollum aut; hac constitutione comprehendi eum qui salutis comparande causa de consilio medici et licentia Rectoris egreditur neq; totum collegium quando recreationis gratia omnes simul egredientur

quod si quis contra hanc constitutionē deliquerit
vel aliquam earū violaverit pro prima vice ter ieiunet
in refectorio in solo pane et aqua pro secunda
priuetur vestuario in tertia autē transgressione ex
pellatur a collegio quas penas Rector omnino exequa
tur alioquin ipse eadem a visitatore cuius cons
cientiam oneramus impositas subire teneatur.

De vestitu et honestate collegialium. cōst. 30.

Honestatis incultu et vestitu ratio maxima ha
beat ne sūcīs pannis aut nimium curiosis vel
odouiferis siue in corpore siue in manibus vtantur
cubiculū lectumue auleis siue cortinis ornari omni
no prohibemus ante portā vero cubiculi et frontem
lectuli tegumentū humile appendi modestiæ et ar
cendi figoris causa tantū permitim⁹.

**Quod nullus per schedulam aliquid accipiat ex
ijs quæ in promptuario sunt aut in alijs locis collegij. 31.**

Non Rector neq; vllus collegialium ex ijs quæ
in promptuario culina aut cella vinaria pro domes
ticis seruantur mutuo aut per schedulam subscri
ptam accipiet siquid vero ei necessariū fuerit nu
merata pecunia et non aliter dari permitimus si

secus fecerit dispensator ipse soluat et tribus diebus in aqua et pane ieiunabit.

Quod nemini liceat equum aut mulam alere neque ultra unicum famulum habere. const. 32

Nemini liceat Equum aut mulam aut aliud iumentum habere neque ultra unicum famulum eumque modesto et scolari habitu si quis vero has infringere constitutiones ausus fuerit tandiu portione priuetur quo ad ea que prohibenda duximus moderetur

De illicito ludo vitando. const. 33.

Nullus collegialis in hoc nostro collegio ad aleas vel taxilas quouismodo ludere presumat qui secus fecerit portione collegij per mensem puniatur per mitimus autem solatij causa alijs ludis honestis moderate ac temporibus congruis uti posse pecuniario ludo cesante

De camera vacante. const 34

Quandocumque aliqua camera vacauerit optio sit antiquiori collegiali eam sibi asumendi vel si ille reuenerit qui post eum antiquior est optare poterit licet absens sit a collegio tempore vacature si duo pares concurrant preferatur antiquior in gradu. si



in omnibus sunt equales his sortibus diuinatur.

Prohibemus tamen quod discedens a collegio siue a camera nihil quod ipse fixum fabricauerit vendere possit siue ab vno in aliud cubiculum transierit secum asportare ea poterit que sua impensa emit sine notabili camere detrimento.

Quod omnes in refectorio prandiant et cenent .35.

Omnes nisi aliqua infirmitate detenti hora consuetam in ceteris collegijs in Refectorio prandium & cenam assumant qui autem ad mensam simul cum alijs non conuenerint ita ut benedictioni intersit que a cappellano semper fieri debet vel illo absente a sacerdote antiquiore eodem prandio seu cena priuetur nisi delicta Rectoris excusetur. Prohibemus item ne quis externos etiam expensis suis inuitet ad comedendum ne ue delicatorem potum aut epulas lautiores praecequam habitas in mensa collegialium comedat aut extra collegium cibum sumat interdum noctu ve sine expressa licentia Rectoris quam ille non concedat nisi causa rationabilis interueniat in mensa autem silentium custodiatur et Januæ clauibus obscruentur.

De cōclusionibꝫ faciendis. cons. 36.

Singulis dominicis diebus hora septima ante
cenam quilibet collegialium suo ordine in ea fa-
cultate quam exerceat textū vel distinctionem ve-
legatam a signatam a Rectore fecit secunda prece-
den-
ti duo praterea post lectionē cum eo certabunt si
danti sunt prout Rector disposuerit incipiens ab an-
tiquioribꝫ ut quos quisqꝫ in suis studijs progressus
fecerit magis elucescāt in ijsqꝫ et similibꝫ exercitijs
omnes latine loquantur.

De secreto tenendo. cons. 37.

Rector consiliarij et ceteri collegiales Juramen-
tum prestabunt de seruando secreto in ijs que ad
collegium pertinent quorum reuelatio in damnum
alienū posset vergere qui secus fecerit perjurus ha-
beat et prima vice portione percutatur per quin-
dem dies. si secundo deliquerit et convincitur testi-
bus ex collegio remoueatut nisi id alteri collegial
absenti reuelauerit.

De tempore absentij. cons. 38.

Licitum sit Cuique collegialium in uno anno

per quinquaginta dies a collegio abesse id tamē
petita prius licentia a Rectore vel ab eius locū
tenente si vero necessitas aliquem opprimat termi
nū prefixum excedendū videant Rector et consilia
rū aut si res ad istorum aliquem spectet tres colle
giales antiquiores et iuxta legitimas causas amplio
rem facultatem permitant hac conditione vt hec pri
ma et altera secunda licentia vltra tres menses
non concedatur qui vero cōtrarium fecerit vel statu
to tempore non redierit a collegio priuatus censea
tur. Capellanus autē ex licentia totius collegij p
tot dies abesse poterit modo alterum relinquat q
suo nomine missas in collegio celebret vel Rector
in eius absentia provideat de sacerdote qui celebret
prebendo illi capellani portionē. si vero absens co
llega egrotauerit ita vt non possit intra tempus
prefixum redire teneatur certū testimonium cū de
claratione medici et iuram^{to} de egritudine ad
collegium remittere.

Quod in prandio et cena. semper legat vnus

et de constitutionibus legendis const. 39.

In mensa dū refectio sumitur diurna vel nocturna semper vnus collegialium suo ordine excepto Rectore per hebdomadam bibliam aut alios libros sanctorum seu p̄iorū hominum releget. Constitutiones autem et Statuta collegij omnibus in mensa proponantur quatuor anni temporibz scilicet a prima dū mensium Ianuarij ap̄ilis Julij et octobris quantum exemplar vnum in biblioteca publice habeatur alterum vero custodiatur in arca collegij quę semper erit sub rectoris potestate.

Quod vnusquisq; in sua camera dormiat. cost. 40.

In camera sibi assignata quisq; noctu dormiat in alterius autem nunquam permutatur nisi ex iusta et honesta causa veniam a Rectore et consiliarijs impetrauerit super quo eorum conscientiam oneramus qui secus commiserit prima vice per sex dies a portione priuetur secūda per duodecim tertiā Clamyde talari quam quolibet anno Collegium assolet ministrare sicut



adue hanc constitutionem infringere audeat ex
collegio sumoueatuz ~

De causidico medico procuratore & barbato tonsore. 41.

Sit medicus pro infirmis collegij nostri mercede con-
ductus, sit etiam et barbato tonsor preter quos lice-
bit cuilibet collegialiū expensis propriis vocare quos
voluerit tam egritudinis tempore quā sanitatis eligā-
tur preterea causidicus et procurator in defensionem
honorum ipsius collegij ~

Quod infirmo dentur necessaria. const. 42.

Quod ad infirmos atinet volumus vt cuilibet eorum
tam collegialium quam familiarium ex facultatibus
collegij ministrentur necessaria prout medicus statu-
erit illorum verō medicamentorum oīum curā habebit
capellanus nihil tamen sine Rectoris subscriptione
asportabitur a pharmacopola ne vero superfluis sup-
tibus grauetur collegium super hoc grauamus cons-
cientias tam Rectoris et infirmarū quam ipsius de-
cumbentis.

**Quod infirmus post tertium diem sui decu-
bitus teneatur confitei peccata sua. cōst. 43**

Egrotans post tertium diem peccata sua sacerdoti
 cui maluerit aperire ac si grauis medico videatur
 infirmitas eucharistiam sumere teneatur nisi aco
 fesore alius iudicetur qui parere nolluerit et cibus &
 medicina ei denegentur donec in re tam graui resi
 puerit et omnino huic nostri constitutioni satisfecit.

*Quod pauperibus collegialibus & familiaribus
 in collegio decedentibus dentur nece
 saria pro funere exequendo. cost. 44.*

Si collegialis aut familiaris diem suum obierit
 in nostro collegio tanta oppresus paupertate ut bo
 na ab ipso relicta funeri non sufficiant statuimus
 et ordinamus ex bonis collegij omnia ipsis sepeli
 endis necessaria prout scolastico decet ministrari.

*Quod nullus collegialis extra collegium
 noctu dormire possit. const. 45.*

Nullus extra collegium dormire audeat nisi ex agri
 tudine aut alia legitima causa obtenta prius venia
 rectoris et consiliariorum qui secus fecerit propri
 ma vice tribus diebus ieiunet in aqua et pane. se



eunda per decem dies cibus omnino illi interdicitur sed tertio lapsus expellatur a collegio optionem vero domus in qua infirmus curari debet Rectori solum et consiliarijs relinquimus ut et hospicium honestum sit et mulieres que ibidem comorantur careant omni vitiosa suspicione.

Quo dnulli preter collegiales, in collegio dormire possit. 46

Nemo preter collegiales et familiares in ipso collegio diu nocturne dormire possit in quo si Rector dispensauerit ab officio statim precipimus amoueri.

Qua hora debeant collegiales in collegiū se recipere. cost. 47

Omnes ante pulsū campanę qua fideles in maiori basilica adorationē faciendā vocantur se in domum recipiant quo etiam tempore signū dabitur in nostro collegio neq; post hęc quisquam exire presumat qui aliter fecerit tribus diebus ieiunet in aqua et pane si vero nec sic obedierit post quatuor vices tantū a collegio remouēdū duximus.

16
Quod ex. collegiū nullus exeat solus. cōst. 48.

Extra collegium nullus poterit solus diuagari sine licentia rectoris nisi vel in scolas diuertat aut in collegiū societatis Jesu siue in monasterium sancte magdalene se conferat via recta.

Demurmure et strepitu vitando. cōst 49

Nullus strepitū aut murmur faciat in refectorio vel culina etiam si portio integra non daretur euret tamen Rector ne alicui desit quod ex nostris constitutionibus statuimus qui secus fecerit puniatur ut decet.

De litibus inter collegiales cōponendis. cōst 50,

Si inter se collegiales litigant cōponat Rector iuste iudicando si inter ipsū Rectorem & alterum collegialem dissensio fiat consiliarij vocatis omnibus collegialibus. de negotio tractent quibus omnibus facultatē facimus tā in ceteros quam in ipsum Rectorem quod omnes sub pena prestiti iuramenti seruare teneantur et si secus fecerint cōtra eos ut inobedientes procedatur.

Quod honore alterius non detrahatur. § 1.

Item statumus ac prohibemus ne quisquam collegialium intra vel extra collegium honore famę vel existimationi alterius ex socijs detrahatur aliter faciens arbitrio Rectoris puniatur super quo eius conscientiam grauantis si necessum sit veritatem inquirere inter ipsos collegiales ad eam ueni potestate concedimus si uero deliquerit rector iudicium antiquorum exconsiliarijs uel in eorū absentia ex collegialibz primis locum tenept. eadem auctoritatem permitimus qui uero Rectorie ipsuri uerbo minus honesto aut conuicio affectent in eum statim uector animaduertat neq; recursus aut appellatio ad consiliares in tali caso suffragetur delinquenti.

Quod camerę omnium semper pateant. § 2.
Si Rector cameram cuiusquam collegialis adire uoluerit confestim illi sine difficultate aut triguitatione fores pateant ita ut inspicere possit et uisitari quicquid intra cubiculi

custoditur quod si aliquis collegialis resistere tenta
uerit collegio priuatur . . .

Qua hora ostiū claudendū sit . const. 53.

Ordinamus insuper vt hostium principale collegij
claudatur cum primū ad orationem angelicam pul
satum fuerit quo clauibus obserato omnes in ca
pella conueniant ibi q̄ dicta vna salue cū sua
oratione responsū pro anima fundatoris recitabūt
post hec nulli collegialium sed neq̄ ipsi Recto
ri aperiui debet sine causa maxime necessaria
quisecus fecerit quatuor diebus pro prima vice
priuabitur sua portione in secūda diebus octo
octo ieiunabit in aqua et pane sed tertio iam de
linquens eyciatur a collegio Rectorem vero bis
in hoc deprehensū officio interdiciamus . . .

De custodia ornamentoy capelle. const. 54.

Ornamenta et res preciosse que ad diuinū cul
tum pertinent erunt in potestate capellani que om
nia ex catalogo ei tradentur propriaq̄ manu subs
cribet quod acceperit vt cū opus fuerit vel Rector

demandauerit eorum rationē reddat

Quod capellanus teneatur bis in qualibet hebdomada. in collegij capella celebrare. cōst. 55

teneatur Capellanus per se vel per alium preter dominicos et alios dies festos bis in capella collegij qualibet hebdomada celebrare videlicet feria tertia & Sexta quod si in illis cōtingat festū aliud tunc nō teneatur alias celebrare sed celebratis in huiusmodi festis satisfacisse videatur si in hoc deficiat uocabit Rector alium sacerdotem ut celebret et multabit capellanum quod si neq; hoc sufficiat et decies monitus nō se corrigat pro prima vice tollatur illi portio quī decim dierū, in 2^a duob; mēsi; ieiunet in aqua & pane sed tertio lapsus eiciatur a collegio

De custodia & ratione fumenti. constitut. 56.

Rectoris erit et consiliariorū suo tempore parare que necessaria sunt ad victū collegialium maxima vero ratio fumentū habeatur ut neq; copia desit neq; p̄ incuriā putrefiet siquis autē in fine anni super fuerit vendendū aut mutandū curabunt modo usu

ra aliqua non interveniat siquid vero eorum ca
usa perierit ad solutione teneantur in conscie
tia ~.

De reparat^o reꝝ collegij & earu edificijs cost. 57.

Videat Rector diligenter que reparatione nig
na sunt in edificio collegij aut posesionu eius
quandiu vero quidquam vel ex antiquo sarcie
tu vel de nouo construetur vnus collegialium
suo ordine per hebdomadas presens assistat sta
tuimus autz ne magne impense fiant aut fa
bricetur aliquis de nouo nisi ex consensu omnium
collegialium vel certe ad plura eorum suffragia
sub pena restitutionis omnium sumptuum in ta
li edificatione factorum qua vissitator exequi
teneatur . ~ .

De alienationibus faciendis. const. 58.

Si Vigente necessitate aut euidenti vtilitate
vel alijs de causis a iure permissis alienationes seu
permutationes faciende sunt ex collegij bonis
circa hoc dispositioni iuris comunis standum



fore censemus & nisi ex consensu omnium collegialium fieri mandamus prohibemus autz bona collegij aut redditus mutuo aut comozato ex collegiūdari quod si exigenti necessitate aliquando fiat nolimus id permittere nisi ad omnium sententiam, et cū sufficienti pignore vel cautio. ~.

Desacramētis comunicandis. . const. 59.

Quia in maleuola anima non intrabit sapientia volumus omnes collegiales peccata sua legitimo sacerdoti confiteri & eucharistiam sumere in natiuitate & resurrectione domini & festo pentecostes nec non indie sancti Luce euangeliste ante electionem Rectoris in festo S Ioannis Baptiste et in assumptione ac natiuitate B.V.M. id qz fieri in capella collegij mandamus. qui secus fecerit et semel monitus iterum deliquerit absqz vlla spe venie eijciatur a collegio familiares vero & famuliter in anno peccata aperient & comunicabunt.

De horis dicendis et comemoratione domini fundatoris. const. 60.

Collegiales qui ratione ordinis sacri aut beneficii ecclesiastici ad horas canonicas tenentur illas persolvere non pretermittant sub pena privationis collegii de quo qui bis aut ter monitus non resipuerit omnino expellatur qui vero iniuncti sacris non sunt vel redditus percipiunt ecclesiasticos tres rosarios in qualibet hebdomada vel tot officia defunctorum recitare teneantur pro anima fundatoris.

Quod nullus habeat mulierem. const. 61

Si quispiam degentium in nostro collegio publice vel occulte concubinam habuerit siue in ciuitate ipsa siue extra eam vel cum aliqua muliere deprehendat aut id per testes probetur priuatus a collegio quamprimum existat quod omnes collegiales sub poena prestiti iuramenti exequi teneantur Rectori autem permitimus inquisitionem huius criminis si uero ille negligens fuerit antiquior ex consiliariis id opere compleat.

Quod absque licentia rectoris nemo mulierem

admitat in cubiculum. const. 62

Mulieres cuiuscūq; conditionis sint nullatenus
in collegium quis intro mitat sine venia Recto
us & consiliaroy. si aliqua ingrediatur eam nu
llus in cubiculū admitat etiam post licentiam
nisi in presentia aliorū duorū collegialium qui
secus fecerit sex diebus ieiunabit in aqua & pa
ne pro prima vice in secūda eijciatur a collegio.

*Quod omnes semel in mense cōueniant
et tractent de possessionibus et
reditibus collegij const. 63.*

Semel in mense omnes collegiales cū Rectore
& consiliarijs in capella aut alio loco idoneo cō
veniant ibi q; tractent de redditibus poss^{bus}. & re
parationibus bonorū aut edificiorū collegij ita
enim fiet vt omnes sint de negotijs et rebus ip
sius certiores & quid sentiant aperiant libros in
super publice bybliothecę eodem mense requirat
Rector & a puluere executi faciat

Quod nullus portet armam. const. 64.

Nullus arma intra vel extra collegiū portare pre-
sumat non impetrata facultate a Rectore et consi-
liarijs vel si horum quispiam necessū habuerit a
reliquis duobus cū antiquiore collegiale licentiā
poscat et obtineat super quo omnium conscientias
grauamus. declarantes hoc non intelligi debere cū
eorum aliquis extra ciuitatem proficiscitur vel de
gladiolis quorū vsus cōmunis ad mensā est nece-
sarius qui secus fecerit portione vnius mensis pri-
uatus existat. ~.

De pena percipientis alium. const. 65.

Si inter collegiales vel domesticos iurgia vel
cōtentiones oriuntur ita vt manus violentas in se
in vicem iniecerint tunc Rector veritate discussa
& cōperta eum qui in culpa fuit portione collegij
per mensē priuabit si autē vnus alterum ita per-
cuserit vt sit efusio sanguinis a collegio eiciat
si ambo se percuserint qui in culpa fuit dimitatur
si ambo peccauerint ambo similiter eadē pena pu-
niantur Qui vero gladium distinxerit aut aliū

fuerit aggressus & mox se cōpescuit portione mē-
sis careat curet item Rector quā primū eos ad pa-
cem reuocare qui vero amicitiam reuertit ad ar-
bitrium Rectoris ipsius & consiliariorū puniatur.

*Quod rector a collegio nō discedat nisi delicen-
cia maioris partis claustrī. const. 66.*

Rector tempore sui officij a collegio nō discedat
nisi ex facultate uisitatoris aut deligencia maioris
partis collegij prestita cautione certa de reuocatu in ab-
sentia atq; Rectoris antiquior consiliarius absq; elec-
tione noua pro Rectore habeatur et antiquior colle-
gialis pro consiliario idēq; seruandum precipimus
in absentia consiliarij a ciuitate.

Quod missus a collegio victu cōtentetur. const. 67.

Missus ad negocia collegij nā sigenda preter victū
non aliam mercedē aut poscat aut spectet. Volu-
mus autq; neminē nisi pro re vera certa et existētī
nomine et sumptib; collegij quoq; mīti super quo
omnium conscientias grauam declaramus quod
nō intelligi debet de eo qui proficiscitur facturus

informationē super admitendum nouū collegialē.

De visitatore eligendo et de pena ab eodē imponēda. const. 68.

Itē statumus et ordinamus hoc nostrū colle
gium presenas possessiones · fructus et bona oīa
